

9227 d. m. sa. | Furnia Pr|ima Furni|o Primo fec|i, vixit ann.
LXX, | eq. al. ∞^1 is|tipen.² XXVII; | d. m. s. | Salustius | Martialis
eq. | ale \bowtie t. Valentis, | magiter (*sic traditur*) ba|rerioru³, mil[i]tavit
XX, vix. an. XXXXIII, Furnia Pr.

In Mauretania loco dicto Benian (VIII S. 21568 vidit Demaeght homo ac-
curatus). — 1) *Eques alae miliariae. Equites huius alae miliariae, quae nullum*
aliud nomen videtur habuisse, sepultos reperimus etiam aliis locis Mauretaniae
(VIII 9750. 20932. 21029. 21617. 21618). Sed stativa habuit eo ipso loco quo
hic titulus repertus est, qui etiam nomen ab ea accepit; nam eo loco una cum
aliis titulis christianis repertum est fragmentum VIII S. 21572, in quo memoratur
*[é]clesia Ala ∞ (Alamiliarensis), et inter episcopos Mauretaniae Caesarienses Cartha-
ginem evocatos a. 484 memoratur Alamiliarensis (Notit. episc., post Victoris Vitens.
histor. persec.). — 2) Stipendiorum. — 3) Barcarii hi ubi constiterint, ignotum.*